Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

5

ALARDI UCHTMANNI

Viri Clariſsimi

τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις

VOX,

Clamantis in Deſerto

ad

Doctiſſimum Juvenem

HADRIANUM BEVERLANDUM,

Juriſperitum.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

MEDIOBURGI.

Proſtant apud *Theodorum del la Maire.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

ADRIANO BEVERLANDO

Juveni eruditiſſimo

Pacem.

OPus quod aggredior Præſtantiſſime Beverlande licet nunquam intempeſtivum & hodie inprimis opportunum; in hoc tamen rerum & animorum ſtatu facilè præſagio, amicorum reprehenſionibus, & inimicorum calumniis, & reliquorum criminationis obnoxium fore. Quibus ut non diffiteor e non parum commoveri (neque enim mihi rnea fibra eſt) ita non adeo me iis affici proſeor; ut à recto propoſito, & pio ſtudio, & ceſſario vitæ Chriſtianæ & præſentis temporis officio, me abduci patiar, quo minus & ihi & aliis hodiernæ caſtigationis cauſas ali-

quatenus exponere, & nos omnes ad pœnitentiam provocare pro virili coner. Sed ne bene deſtinata male cedant, neve juſtam ulli offenſionis anſam exhibeam, liceat mihi pauci: præfari.

1. Non fert animus omnes eorundum criminum, nedum iiſdem gradibus, reos peragere, ſed nonnulla juſtæ accuſationis capita indefinitè proponere, quæ ſinguli prout verbum Dei, & Spiritus Sanctus & ipſorum conſcientia ſuggeſſerint, ſibi accommodare poſſunt, hoc ſcientes, quod quo quiſque melior eſt, eo & curatiùs ſuos errores ipſe obſervabit, & aliorum commonitiones benigniùs excipiet, & Deo juſtitiæ gloriam, ſibi peccata pœnaſque eorum vindices lubentiùs imputabit, boni hoc auxilium minimè ſpernent, & mali eo maximè indigent. Et quamvis non pauca ſequioris notæ crimina recenſui, quorum reatu non multi inter Miniſtros tenentur, cum tamen & paucorum habenda eſt ratio, & in exercendâ pœnitentiâ excuſatius eſt in exceſſu quam in defectu peccare, placuit etiam ea producere, quibus nec omnes nec plurimi ſine manifeſtâ injuriâ onerari poſſunt; ut & rei habeant de quo doleant, & innocentes de quo Deum laudent, & omnes de quo ſibi in poſterum caveant.

2. Nec in me recipio vel omnium pieta-
em profitentium errata recenſere (quod infi-
itum eſſet) vel atrocia ſchiſmaticorum non
alſo nomine dictorum flagitia, hæreſes, Apo-
aſias, horrendas confuſiones, proculcatas
ges, perturbatum omnem & Eccleſiæ &
eipublicæ ordinem, perfidiam, Principici-
ium, aliæque ejuſdem farinæ perſtringere;
d tantùm Miniſtrorum peccata detegere; eo-
um nimirum quibus ſilentium nuperâ lege im-
ſitum eſt; ſed neque horum omnia in nume-
m redigere (quod impoſſible) nec ea notare
quibus inter bonos ambigitur & reciprocatur
lhuc ſerra diſputationis; ſed de iis agere,
ibus vix ulla prætexi poteſt ignorantiæ nebu-
, vel ullum excuſationis velum, quibuſque
conſcientiæ reorum certiùs feriantur &
rda acriùs pungantur, ut, ſi qui fuerint
i peccata ſilentio præterita tanquam vel
llidè diſſimulata, vel improbe defenſa con-
xerint, eos non immerito poſſim injuriarum
ſtulare.

3. Quamvis in hodierno flagello non de-
t paternæ benevolentiæ argumenta, qui-
s ſolari ſe poſſunt & debent qui Deo &
nſcientiæ ſe & ſua litârunt in Martyrium,
Timoria forte ad alios ſpectet; ut abu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

ſus gratiæ Euangelicæ in ſceleratâ gente vin-
dicetur, & ſalutaria animis in exitium præ-
fractè ruentibus remedia ſubtrahantur, n
convertantur & ſanentur; & fines à Deo pro-
poſiti ſunt extra dubitandi aleam ſuis gratioſi
ut vel fidem, patientiam, conſtantiam
amorem, integritatem, obedientiam Chri-
ſtianorum & exploraret, & exerceret; v
fideles Miniſtros in futuros forte & glorioſ
uſus veluti condiret & præpararet: cum ta-
men pœdiam & noutheſiam eſſe eſt extr
dubium, & cum in optimis reſidet ſentin
peccatorum, & juſta vindictæ divinæ mate-
ria; tutius multo eſt & utilius ſeveram de no-
bis cenſuram inſtituere, & noſtra (quæ cer
nec negari debent, nec tegi poſſunt) peccat
ſolicitè indagare & humiliter agnoſcere,
nobis ſub manu Dei humiliatis ſuo tempo
reddat miſericors at iratus Pater lumen vu-
tûs ſui, & publicum liberumque exercitiu
officii noſtri.

4. Licèt præſentis inſtituti ſcopus ſit Mi-
niſtrorum crimina redarguere, non virtut
prædicare, eoſque ſenſu peccatorum cora
Deo poſternere, non laudum præconio cora
hominibus ornare: Cum tamen ea eſt tu
humani generis tum hujus præſertim proterv
ætat

atis iniquitas , ut reprehenſiones alacriùs
ccipiant, quàm laudes agnoſcant , & vel
ipſis contriti cordis confeſſionibus eliceant
lumniandi materiam ; & cum admodum
iſtrum de Miniſtris nuper ejectis multorum
t judicium, quorum ſcilicet intereſt eos eſſe
vel ſaltem videri) quam deterrimos , &
iis injuriis convitia addant, iiſque expro-
rent turpem inſcitiam, & improbam pervi-
ciam, & quæcunque vel fingere poteſt in-
nioſa nequitia, vel credere inveterata ma-
itia, vel maligna invidia imputare; nemo
ibi vitio vertat, ſi in defenſionem juſtitiæ,
ritatis, pietatis, quod nulli negari poteſt,
bitum iis exhibeam teſtimonium. Sciat
itur univerſus Chriſtianus orbis ad quem
endacis calumniæ vox pervenerit, & ſciat
quior poſteritas noſtro partium ſtudio tandem
mancipanda , quod tota fere Belgia agno-
it, nec ipſi diffitentur Adverſarii (qui non
nnem cum conſcientia candorem excuſſe-
unt) Miniſtros in Bartholomæana clade pro-
ratos, vel eorum ſaltem plurimos (neque
nim de ſingulis loquor, nec opus eſt) licet
ad trutinam ſacræ paginæ & tribunalis di-
ini examinentur, libenter ſe reos fatean-
ur, ut qui maxime, ſi tamen cum aliis non

Abram vande Velde, Appeldooren, Thelinck, J.vander Wayen.

paucis componantur, ad humani juris moriſ-ve amuſsim exigantur, ea eſſe (præfiſcinè di-catur quod extorquet neceſsitas) ingenii ſo-lertiâ, gravitate judicii, doctrinæ copiâ dexteritate prædicandi, ſinceritate cordis innocentiâ morum per Dei gratiam præditos ut contrariæ calumniæ, quamvis fortiter im-pactæ minimè hæreant, nec niſi illis qui ipſo aut neſciunt, aut implacabiliter oderunt fidem ullam faciant, nec ab iis credantur, qu alios credere vellent. Non ſunt infideliun hominum genus, qui vel importuno inanis glo-riæ ſtudio, vel ſtultâ proterviâ, vel improb. pervicaciâ, vel callido conſilio abdicationen officii ſibi præceperunt: Non adeô vilis eſt i eorum oculis aut Chriſti gloria, aut anima-rum ſalus, non ita prolubium eſt tantillis no-minibus & ſemet infamiæ cum periculo con-junctæ, & familias ſuas ſummis (quibus mul-tì implicantur) anguſtiis prodere: Nequ hoc credi poteſt ab iis qui ipſorum vel ſaltem plurimorum inter ipſos modeſtiam, prudenti-am, duram paupertatem (non obſtantibu copioſis & ſplendidis muneribus quibus ipſo beari fingunt qui vel ſeipſos onere eximere, ve Miniſtros invidiâ gravare ſatagunt) veram pietatem ardenſque Chriſto ſerviendi deſide-

um norunt, nec credi debet ab illis quibus notì ſunt. Non ſunt, non erant (appello os omnes qui eorum & conciones audive- nt, & labores vivendique conſuetudinem ſpexerunt) ignavum fucorum pecus mella ienis laboribus parata depaſcentes, & in is præſepibus inutiliter latitantes, non ine- ditum & rerum divinarum imperitum ge- us, quibus doceri opus erat quæ ſint elementa itii eloquiorum Dei; non ſacerdotum ligne- um gens, qui nihil habent Miniſtri præter anem titulum, ſacerdotalem ſtolam forte opima beneficia: Non ſcribarum proge- ies, qui onera aliorum humeris gravia im- ſuerunt, ſuis detraxerunt, ignavi operâ, eologi ſententiâ: Non opprobria religionis, Miniſterii propudia, & mali moris exem- la, contagium in greges ſuos derivantia. Non oſores bonorum ſub aliis titulis pieta- em impetentes: Non inter comeſſationes pocula & ebrioſorum conſortia & profa- orum greges tempus terentes, & ſuaviter uxuriantes; Sed fideles in vinea Domini ope- arii, indefeſſâ diligentiâ, ardenti divinæ loriæ zelo, & peccati odio, vehementi & uæ & aliorum ſalutis procurandæ ſtudio, iberâ peccantium ſine Proſopolepſia *repre-*

Th. Pots Thilenus Colonius van Halen.

Vander Burght, Rijſſen, J. Lijps, Lantman.

 hen-

henſione, vitâ ad doctrinæ ſuæ normam (ſe-clusis humanis infirmitatibus) accuratâ con-ſpicui, & in foro humano inculpati; Ut fru-ſtra fuerint qui ex ſequentibus confeſſionibus Knibbe de Rijp Snyer. *(tanquam araneæ venenum ex optimis floribus) cavillandi anſas arripient, & adverſus eos tela falſarum accuſationum torquebunt vel in irritum itura, vel in propria capita fortiùs re-caſura.*

5. *Et ultimò, nollem à me in hoc imprimis negotio expectari vel ſtili elegantiam, vel methodi accurationem*: Non enim Criticorum *palatis litare ſtudui, ſed Miniſtrorum conſcientiis aculeos ingerere. Reprehendant me Grammatici, modo noſmet ipſos reprehendamus Miniſtri. Sit ſtilus & humilior & aſperior; Sapit naturam operis. Nec refert quo ordine, ſed qua fide & veritate peccata indigitavi. Sufficiat igitur impræſentiarum his me cancellis concludere, & hanc rudem veluti* Sciagraphiam *delineare.* Græuius Suyrendonck, Swartenhenckx.

Peccata Miniſtrorum reſpiciunt vel

1. *Dotes Miniſteriales & ſuſceptionem illius muneris.*

2. *Vel adminiſtrationem ſingulorum officiorum, præſertim adverſus greges ſuos.*

3. *Vel executionem officii erga Eccleſiam inprimis univerſam.*

4. *Vel convictum cum amicis, cognatis & ...aneſticis.*

5. *Vel vitam & conſuetudinem ſuam inter ...nines univerſos.*

6. *Vel errantes à via veritatis.*

7. *Vel commilitones in Miniſterio.*

8. *Vel præſens flagellum ſuſpenſionis & ...entii illis imperati. De his ordine agen...um.*

Et hæc ſufficere poſſunt Protheoriæ.

Jam rem ipſam bono cum Deo aggrediamur.

Tuus omni officio devotus.

ALARDUS UCHTMANNUS.

Ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Tertullianus ad Marcionem.

Nihil tam malignum quam nolle prodeſſe cum poſſis.

Vegetius.

Neceſſitas quædam virtutis eſt deſperatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

[.]LARDI UCHTMANNI

τȣ μακαρίτȣ

Vox clamantis in deſerto

ad

[.]ADRIANUM [.]BEVERLANDUM

Cap. I.

[.]ccata Miniſtrorum reſpectu [.]dotum Miniſterialium & ſu-[.]ſceptionis illius mnneris.

1.

Quod nonnulli ad Miniſterium & ſuis & ſuorum votis deſignati, vel nullo vel levi tanti oneris ſenſu tangerentur; nec amplitudinem officii, difficulta-[.]m operis, propriam imbecillitatem fre-[.]centi & ſeriâ cogitatione verſarent; [.]c anhelarent ad illam doctrinæ & pie- Leen-hof.

tatis

tatis eminentiam tam auguſto muneri ne-
ceſſariam; nec juſtum tempori pretium
ponerent, ſed integros ſubinde dies, for-
te & menſes vel nihil vel aliud agentibu
elabi paterentur; nec divinum auſpicium
& auxilium præſentibus ſtudiis vel futu-
ris conatibus, fervidis precibus & ſolen-
nibus jejuniis, ut par erat implorarent.

P. Plancius. *I. Lüps* den Cootjongen *Luydts* den Profeſſor Leydecker, en de *Domme* Leuen-Lecker den Paſtoor.

2. Quod Miniſterium capeſſebant
nonnulli manifeſtè indigni & ſuâ tantum
æſtimatione idonei. Quod vel eruditio-
ne, ingenio, prudentiâ leviter imbu-
ti, vel vera pietate vacui, tremendum
hoc munus & ſordidè ambiebant & ovan-
tes excipiebant, quaſi Apoſtolo expro-
brantes exclamationem ſuam, *ad hæc quis
idoneus?* Heu quam diſpares antiquis
illis luminibus, Chryſoſtomo, Augu-
ſtino, Athanaſio, aliiſque quos ad
mentionem tanti muneris horror inva-
ſit, nec ſine gemitu & lacrimis & gra-
viſſimis populi obteſtationibus adacti
ſuſcipere auſi ſunt?

3. Quod alii in hoc munus temerè ſe
ingeſſerunt, non vocati à Deo ſicut Aa-
ron, non expectatis aliorum ſuffragiis
& ordine (quem Chriſtus præſcripſit) in

ſupe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

habito; alii ſine ullo delectu & ex- Duyvelaen
prævio vel de natura vocationis vel Smitman
conditione admiſſionis, & quod præ- Daniel-
ſemper acquieverunt, & rerum ſen.
tibus ſe permiſerunt, & conſci- Haax.
s ſuas præſentis vitæ commodis man-
unt non *Domino* ſed *tempori ſervi-*
ente.

Quod rem præſtantiſſimam malis
s corrumperent, nec zelo gloriæ
& Chriſti, vel cura animarum im-
officium paſtorale ſuſciperent; ſed
oſtera & prava *Philautiâ*, ut ſibi Petrus
is neceſſitatibus proſpicerent, fa- Jacobi.
æ velificarentur, ut in aliorum con-
tias Dominium obtinerent; nec iis
s Chriſtus & omnes *vere Chriſtiani*
nibus vocationem ſuam æſtimarent,
e ut Deo fruendo & regno Serva-
ſui ampliando, & æternæ hominum
promovendæ liberius vacare poſ-
quodque alia nonnulla hujus ſæ-
munera vel externo ſplendore augu- J.Does-
, vel mundanis commodis uberiora burg.
intuerentur.

Quod de peccatis Academicis ju-
nondum conceperant dolorem,

nec

De jonge van Royen. Holle-beeck. Trig-lant. Capelle Nelle-ſteyn. Hunnius

nec temporis jacturam ibi factam reſar
cire conati erant, nec maculas ibi inu
ſtas fructibus pœnitentia dignis eluere
nec evidentes doctrinæ defectus ſupple
re; nec pro annis & auxiliis ætate noſtr
uberius conceſſis doctriores evadere &
indies proficere ſategerant, nec ſtudi
ſuis, ultra quam præſentis operis poſtu
labat honeſta tractatio, incubuerant
quin potius tempus non jam ſuum ne
hos in uſus quæſitum, & hebdomada
ſæpe integras vel vanis occupationibus
vel curis ſæcularibus impenderant.

Vander Wayen Tilenus. Jan Aarſen den Backer. D. Fænix.

6. Q od ſcientiam & eruditionis o
namenta & illa *Chariſmata* quibus con
paratur gloria inter homines pluris æſt
marunt & enixius quæſiverunt, qua
veram virtutem & incrementa pietat
quibus conciliatur favor Dei, lucern
potius doctrina lucentes quam ſanct
tate ardentes, & quod Angelici D
ctores audire mallent quam vita *ſimil*
Angelis.

CA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Cap. II.

Peccata Miniſtrorum quoad adminiſtrationem ſingulorum officiorum, præſertim adverſus Greges ſuos.

I.

Quod in ſolennia & publica officia prorumperent ſine debita illa præparatione quam & Domini ſui præſentis Maje-
ls & operis nobilitas & animarum digni-
s; exigerent; Quod illi etiam quibus
i Grege erat maſculus, non raro Deo
fferrent in atriis domus ejus & in medio
ti, ô Sancta Hieroſolyma, quod cœ-
m, & claudum, & ægrotum, vili
iis conſtitit; quod ſtudii, meditationi
orationi minus quam par erat, incum-
rent, nec concionibus exarandis di-
gam adhiberent curam & induſtriam,
c intra privatos parietes precum fervo-
r & animi contentione divinam bene-
ctionem implorarent, nec cordibus

Coorne. Lacher. Doctor van Royen. Poſtil-prediken van Apollonius Anſelaar. van Soomer.

& conſcientiis ſuis inſculperent , qua
aliorum animis inſcribenda curarent.

Daniel Hoorenbeek, de Mey Gravius.

2. Quod in adminiſtratione muneri
ſui non ea, qua decebat, ſimplicitate i
gloriam Dei & animarum ſalutem oculo
intenderent, nec Chriſtum ſed ſeipſos au
ditoribus commendarent, & cultu divin
ſacrificarent ambitioni ſuæ; nec content
teſtimonio Dei, & ſuæ conſcientiæ, à po
pulari exiſtimatione penderent, & alio
rum de ſe ſententias callide venati avide
que haurientes, vel ſecunda illa aura ani
mos attollere, vel adverſa abjicere ſo
lerent.

3. Quod non omne conſilium D
Gregibus ſuis propoſuerunt, nonnulla i
gratiam hominum vel penitus celantes
vel leviter tractantes, vel frigidè ſuaden
tes; nec ea in correptionibus tum publice

xii Paſtores Medioburgenſes.an.72

tum privatim diſpenſandis *parheſia* u
ſunt quam poſtulabant & authoritas D
& neceſſitas animarum; veriti vel offen
ſionem amicorum, iras magnatum, v
conſcientientiæ ſuæ reprehenſionem

Rijſſen. Gentman.

dum quæ in aliis redarguerent, in ſeipſ
foverent & quod eam materiam & me
thodum in formandis concionibus uſu
parunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

runt, quibus vel ſudori ſuo parcerent, l honori & commodis conſulerent, nec out exigerent ſtatus temporum & auditrum ſalus & officii ſui ratio, ſtudia & rmones direxerunt.

4. Quod in publico cœtu oſcitanter & pide ſacra tractarent, quod in prædicaone verbi non ea uterentur ſimplicitate evidentia qua ſuorum mentes optimè formarent, nec ea potentia & demonratione ſpiritus, qua conſcientias in bſequium cogerent, nec eo zelo quo orda auditorum veritatis amore accenerent. Quod in precibus Eccleſiæ noine conceptis, nec debitam adhibeent curam in verbis (ne quid divina majeate tantoque officio indignum erumpeet) nec idonea animi contentione, & ehementia eas funderent; quin potius erborum vel ineptiis vel phaleris, reum vel imperitia vel incogitantia vel erore, affectuum vel ſtupore, vel tepore, pretioſum Chriſti inſtitutum peſſimè conaminarunt, præcellentiſſimum Spiritus ſancti donum objecerunt impiorum ludiriis & invidorum cavillis & ſocordiam in auditoribus aluerunt. Cocceaſini

5. Quod manifeſta officia verterunt in contentioſas diſceptationes & diverſas muneris ſui partes (quas omnes peragere debuerunt) inter ſe committere ſoliti ſunt; quod alii prætextu publici operis privata vel eccleſiæ vel familiæ vel ſecreti munia neglectui habuerunt; alii tempus gregibus ſuis & debitum & plane neceſſarium privatis ſtudiis & promovendæ eruditioni vindicarunt. Et, ut verbo dicam, quod quæ cum damno vel dedecore vel ſudore conjucta erant officia, variis artibus & ingenii ſtrophis eludere conati ſunt. Qualia ſunt inter cætera quæ ſequuntur.

Groenewegen.

1. Perſonalis & particularis ovium cura, quæ ſi minus ex apertis Scripturæ teſtimoniis potuiſſet demonſtrari, at ſaltem ex amore Chriſti & zelo gloriæ divinæ & vera erga animas ejus defectu pereuntes, nec aut ſtudiis minus neceſſariis, aut inanibus oblectamentis aut mundanis negotiis locum cederet.

Dr. S. Junius. S. Gruterus.

2. Libera peccantium correptio ſine ullo perſonarum reſpectu: Quod peccata magnatum vel amicorum aut exemplo ſuo nequiter firmarunt aut verborum lenociniis molliter foverunt, aut turpi ſilentio diſſi-

Van Eſſen Cocquius Th. D. Doesburgh Plancius

diſſimularunt, aut ſegniter arguerunt, eorum gratiæ condonantes officium & omnibus lege charitatis neceſſarium & Miniſtris ratione muneris ſpecialiter impoſitum.

3. Frequens & affabilis converſatio cum pauperibus Chriſtianis. Quod eos quos Chriſtus præ cæteris elegit, nonnulli ipſius Miniſtri pro rejiculis habuerunt; Quod in palatiis divitum tempus terere & humiliorum tuguria non ſine contemptu præterire ſoliti ſunt, declinarunt; eorum conſortium è quibus nec honori, nec utilitati ſuæ proſpicere potuerunt.

P. Lacher Junior
Lantman
Lobbe
P. V. Balen
J. Urſinus.

4. Illa ſupra alios liberalitas & munificentia erga egenos quam ab iis & exemplum Domini & ratio officii & hominum expectatio poſtulabant, quod ſtigma illud avaritiæ Miniſtris inuſtum de quibuſdam dici potuit & non refelli.

Potey
Meersman
Voetiani
J. Colonius

5. Fidele & ſtrenuum diſciplinæ Eccleſiaſticæ exercitium quam non minus commendare omnibus, quam negligere plurimis ſolenne erat; Quod eam nec collapſam reſtituere, nec conſtitutam exercere nec labantem ſuffulcire ſtuduerunt;

Claſſis Wallachria.

plus metuentes offenſionem hominum quam iram Dei; & honori vel otio vel commodo ſuo potius conſulentes quam rationi coram ſummo tribunali reddendæ & Eccleſiæ pro viribus ædificandæ.

Jacobi. Hunnius Paſtores Lugdunenſes. & Amſtelodamenſes.

6. Tempeſtiva ægrotantium viſitatio, Quod hoc ultimum & ſumme neceſſarium officium vel improbè deſeruerunt, vel diutius, quam par erat, tardarunt, vel imprudenter, indiligenter, fraudulenter adminiſtrarunt: Quod Romani ſacrificuli enixiorem operam pervertendis non raro adhibere viſi ſunt, quam nonnulli Euangelici Miniſtri iis convertendis & ſanandis. Quod hominum vel metu vel gratia medicinam perituris animis debitam aut penitus ſubtraxerunt, aut fœda adulatione temperarunt, aut nimia verborum mollitie enervarunt; Nec morbos oſtendere, ſed tegere, nec torporem excutere, ſed periculoſam quietem fovere in curis votiſque habuerunt. Quod nec in ægrotantibus ſalutarem pœnitentiam & ſeria emendandæ vitæ vota & ſtudia elicere, nec in convaleſcentibus conſcientiam refricare, & votorum ſolutionem importunis & aſſiduis flagitationibus urgere conati ſunt.

Paſtores Hagienſes.

7. Quod

7. Quod ſucceſſum laborum & protectum gregis nec ſolicitè quærerent nec diligenter explorarent, nec merito ardore Deo peterent, nec ejus defectum juſto dolore deflerent, nec impedimenta iſtius proventus quoad poterant, ſubmoverent, nec omnia ad eum neceſſaria adminicula tum publiee tum privatim ſubminiſtrarent.

Cap. III.

Peccata Miniſtrorum circa executionem officii erga Eccleſiam inprimis univerſam.

I.

DEfectus juſtæ ſolicitudinis pro univerſa Eccleſia ſingulisque ejus partibus; Quod nec ſtatum ejus diligenter ſcrutari, nec peccata & calamitates deflere, nec pro ſalute ipſius excubare ſolerent; quod nonnulli Eccleſias exteras nihili penderent, & exoptatiſſimam inter Reforma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

tas omnes unionem aut nequiter impedirent aut parum promoverent, pacem Eccleſiæ ſine gravi cauſa turbarent acerba diſſidia & atrocia ſchiſmata levibus irritamentis & vanis prętextibus excitarent, fratribus cordolia, hoſtibus ludibria, omnibus ſcandala exhibentes. Quod ſtudium partium & privatarum opinionum etiam in rebus aut nullius aut exigui momenti, communi totius Eccleſiæ bono & propagationi ſimul honorique Euangelii perperam anteponerent: Et quod anguſtis ſuorum gregum confiniis curam ſuam circumſcriberent, nec oculos, conſilia, conatus (prout res poſtulaverit & occaſio permiſerit) ad alias vel animas, vel Eccleſias extenderent.

J. Steengracht.

Koelman Herder Hulſius

Paſtores Zelandi.

2. Quod impiorum curam aut penitus detrectarent, aut inviti ſuſciperent, & licet exemplo Chriſti docerentur ſe Medicos inprimis ægrotis fuiſſe conſtitutos, & Miniſtros convertendis peccatoribus, & regno Chriſti ampliando præcipuè deſtinatos, libentius tamen verſarentur inter bonos, & piorum ædificationi operam darent (quod illis mollius & ſuavius erat) quam malis è faucibus Satanæ eripiendis

uod Eccleſiæ utilius & Chriſto glorio-
ſis) quaſi ſibi conſulere potius quam di-
væ gloriæ inſervire in votis eſſet. Quod
alorum inſcitiam, ſtuporem & proter-
vam non eâ tulerunt lenitate & patientia
qua erga ipſos Deus uſus eſt, quam Chri-
ſtus exercuit & Apoſtolus præſcripſit,
2 *Tim.* 2. & *Tit.* 3. quin potius illos feſti-
antius quàm oportebat ad canes relega-
rint, ut deploratum ſuis præceperant)
gnaviæ ſocordiæque ſuæ prætexerent,
caſi illis antiquius eſſet quoduis *præſidium*
& ſegnitiei aſylum comparare (ne ſan-
guinis rei tenerentur) quam converſio-
nem & ſalutem animarum ſeriò procu-
rare.

Span-heym
Hamer
Hulſius
Oomius
Barenzo-nius van
Laaken
Rijſſe-nius.

3. Quamvis in multis parum idoneis
inolevit peſſimum ſcripturiendi cacoe-
thes, unde & ſibi contemptum & verita-
ti quam defendendam ſuſciperent, præju-
dicium conflarent, dolendum tamen eſt
inter peccata jure recenſendum, quod
ii quos Deus uberioribus donis & ad
ſcribendum accommodis ditaverat, tam
utile talentum (non fruſtra ſane iis con-
ceditum) in terram defoderent, præſe-
rtim cum uſuram iſtius muneris exigerent

Witti-chius
Craanen
de Vol-der.
Begin-ſelen des
Anti-

christen-doms. Cras credo van Appeldoorn Collegii Qualificati Nugæ. Pompa Funebris A. V. Velde cælata a S. le Fer.

& propugnatio pietatis & veritatis patrocinium & pericula animarum & (vel Ethnicorum, & natura officii à Deo inſtituti, ut teſtimonium darent veritati. Quod horum ſilentio & proculcata jacuit veritas, & pretioſæ animæ in errorem actæ ſunt, & triumphauit blaſphemia, & defenſio ſanæ doctrinæ illis tanquam jure ſucceſſionis obtigit, qui dum vindicarent optimam cauſam inimicorum ſannis exponerent.

Cap. IV.

Peccata Miniſtrorum reſpectu convictus cum amicis cognatis & domeſticis.

I.

Nimius citra neceſſitatem convictus cum impiis vel vanis qui nec ipſos facerent meliores nec ab ipſis fierent: Quod non utiliter cum iis verſarentur tanquam medic ad procurandam eorum ſalutem, ſed ſua-

viter

ver tanquam amici ad fovendam cum ibrum pernicie ſuam delectationem: Ex aera parte neglecta nimis ſi non conmpta bonorum ſocietas, ad quam eos inclinavit novæ naturæ cognatio, & ipulit communis utilitas & obligarunt ithoritas Dei, exemplum ſanctorum, hriſtiana charitas & juſta piorum expectatio: Quod horum conſortium nec io dignate æſtimarent, nec pro uſu ejuſue ſingulari neceſſitate ſitirent, nec libnter & ſponte eligerent, nec frequenir adhiberent, niſi vel bonorum precibus cti, vel ſecularibus commodis inducti, el accuſante conſcientia impulſi. Urſinus.

2. Quod in privatis congreſſibus cum micis vel parœcis vel obviis aut male ſe eſſerunt, aut infructuoſè opere diruenes quod verbo ædificabant; & ubi oporuit ſpecimina edere veræ pietatis omniſue ſolidæ virtutis & doctrinam coram ominibus ornare, ibi non raro documena dederunt humanæ infirmitatis, & leviatem, ſuperbiam, iram, contentionem eliquaque naturæ depravatæ argumenta exemplo ſuo populum docuerunt; & quos debuiſſent odore virtutum ſuarum per- De Neef. vander Burght Coutrel. du Prieé. Veſaart Fænix, Doctor Laccher, Duyvelaan. Roelandus. paſt. Dord.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

perfundere, iis potius vitiorum ſuorum inquinamenta affricarunt, unde triſtiſſimi effectus ſecuti; Euangelii dedecus tanquam *verbi otioſi*, & contemptus Miniſtrorum tanquam impoſtorum venalibus linguis populi crumenas emulgentium, & magno conatu quæ nugas & fabulas tacitè credant agentium, piorum dolor acerrimus, & communis infamia, improbi ad æternam perniciem in ſuis ſceleribus confirmati & mundo judice juſtificati.

Broot-rotten. Demetrius. 3. Quod aliqui vel nullo, vel non ad Scripturæ amuſſim formato delectu familiæ ſuæ membra adſciſcerent, quod hi qui ſpeciali titulo & filii & homines Dei vocantur, filias hominum (*diſcretim* Gen. 6. ſic dictas) quas vellent, in uxores cooptarent, nec tam pietate, quàm forma vel divitiis vel nobilitate conſpicuas: Nec ſi quos domeſticis adſcripſerant deterioris notæ, ſedulam navarunt operam ut meliores efficerent, ut quos invenerant lateritios, reliquerent marmoreos: Ut ignaros cognitione Dei, vanos & terrenos ſerio pietatis ſtudio & cœleſtium deſiderio, pravos & corruptos Chriſtianis virtutibus imbuerent. Et quod levioribus

matibus vel frigidis votis contenti ſuo-
m converſionem ignaviter molirentur,
m: (ut poſtilabat officium) ſeriis obteſtati-
onibus, ſanis conſiliis, continuis precibus
eequiſque id genus ſubſidiis perituras ani-
mas ex inferni faucibus eriperent (quas
em ſorte ob finem providentia numinis
ſu tectum domus ſuæ miſerat.) Et quod
conjugalem ſocietatem vel verterent in
voluptatis illecebram, vel ſaltem non con-
verterent in ſpirituale commodum &
auxilium pietatis & ſalutis.

4. Quod in familiis ſuis non ambula-
verint integri & inculpati, nec ſpecialia Span-heym.
ſtatus ſui munia fideliter peregerint, ad- Lege
verſus uxores perverſi & acerbis, adverſus noſtri
liberos incurioſi & remiſſi, adverſus ſer- Bever-
vos improbi & auſteri. Unde religioni landi
probrum conflatum, & Miniſtro os velut Proble-
ſella præcluſum, ne debita & neceſſa- ma de
ria libertate argueret domeſtica aliorum Peccato
peccata, quorum reatu ipſum propria Origi-
implicuit conſcientia, & mali mores ad nali.
eas familias traducti qui (ut mos homi- Duyve-
num eſt) oculis magis fidunt quàm auri- laan de
bus, & faciliùs exemplo Miniſtri prava Wijve-
docentur conſentiente natura quam ex ſmijter.
verbis Vogel-
lius. Paſt. Inſ.

verbis & præcon'o recta & honeſta natur (ut nunc ſe habet) renitente.

Goſt-rum paſt. Dord. 5. Quod peccata domeſticorum ne debita indagarent diligentia, nec incre parent neceſſaria ſeveritate, nec autho ritate à Deo conceſſa coercerent, ne lachrymis idoneis deplorarent: Quo mandata ſua in rebus etiam levioribu prætermiſſa in ſervis acrius reprehende rent & gravius caſtigarent, quam lege Dei ab iis non ſine contemptu violatas Quod nec modeſtius peccantibus tempe ſtivam adhiberent medicinam; nec inſa nabiles peccatores è familiis ſuis exter minarent.

6. Quod vulgaribus pietatis exerciti domi ſuæ præſtitis acquiſcerent iis con tenti, quæ ipſos ad infamia ſpretæ rel gionis vindicarent & ab ultricibus con ſcientiæ ſtimulis ſartos tectos ſervarent non autem anhelarent ad illud perfectic nis culmen & in bonis operibus *proſtaſia* ab illis jure ſperandam quos Deus conſti tuit in ſalem & lucem mundi, & magn Chriſtianorum exemplaria: neque ho in curis votiſque haberent ut (ſicut cubitu Sanctuarii vulgo exiſtimatur communer

dupl

[t]empo excedere) in eorum familiis eſſet *omnium quid* & domeſtici ſui reliquis irri[gu]giores forent, quod non immerito ex[ſ]pectari poterat ab iis quos Deus & ampli[ori]bus donis in aliorum, præſentim ſuo[ru]m, uſum cumulaverat, & ad eminentio[re]m pietatis profeſſionem & praxin ſpe[ci]ali titulo obligavit.

CAP. V.

Peccata Miniſtrorum ratione vitæ conſuetudinis ſuæ inter homines univerſos.

I.

Quod doctrinam Servatoris noſtri ab illis publice prædicatam vivendi modo minus congruo infamarunt, & magna locuti, [p]arva vixerunt, & onera auditoribus ri[g]idè impoſita ipſi detrectarunt; quæ aliis [p]ræceperant Chriſtianæ vitæ officia ha[b]entes neglectui, & licet non turpiſſi[m]is ſceleribus conſpurcati, in peccatis Mees.

tamen

tamen & nimis multis & ſatis magnis quæ gregibus ſuis acriter exprobraverant frequenter volutantes: Hinc contempta quæ ſacroſancta eſſe debet Miniſterii authoritas, ſugillatus prædicantium fervor tanquam artis imperio vel impetu naturæ non beneficio gratiæ elicitus, monitiones & juſtiſſimæ reprehenſiones tanquam in monitorem reciduæ enervatæ & irritæ factæ, & (quod graviſſimum) religionis Majeſtas doctorum *contraria praxi* primum temerata; Mox à profano vulgo deriſui habita.

Van Houten paſt. Goud. Middelhoven. Smitegelt.

2. Quod nonnulli dum aliorum animabus aliquo modo proſpicerent, ſua ſuſque deque haberent, & dum Eccleſiæ vineam colerent, ſuam heu nimis incultam! relinquerent; Neque hæc iis curæ penetus inſideret ut ſeipſos cum aliis ſervarent, ut lux fulgeret coram hominibus, ut vita non minus vocali quàm ſermone peccatores ad reſipiſcentiam excitarent, nec diligentia ſupra cæteros conſpicua gloriam Dei & ſuam aliorumque ſalutem promoverent, nec fructus ferrent dignos vel tam glorioſa profeſſione, vel tam nobili & cœleſti munere in quo Angelorum

pri-

ꝑvilegia illis indulſerat Deus, ut à mun-
anis feriarentur negotiis, & quoſlibet
es Deo rebuſque divinis tanquam feſtos
erent, ut ſuis aliorumque animabus æter-
um ſervandis unicè invigilarent.

3. Quod aliqui in toto fere vitæ curſu
liquis plane *homoiopatheis* eſſent, & à
lgo fidelium non tam virtute & moribus
àm titulis & veſte diſcrepi, nec ſe à con-
gio ætatis & mundi plane immunes ſer-
rent, nec ſupra turbam eminerent; ſed
ommuni peccantium velut flumine ab-
pti, eadem non raro quæ vulgares Chri-
ani ſentirent, & ſaperent & viverent;
ec tam illis virtutes ſuas imprimerent,
àm ab iis ſæpe vitiorum labem contra-
rent, iiſdem licet non externis flagitiis,
ternis tamen cupiditatum ſtimulis, &
irarum fluctibus, & terrorum œſtris,
linguæ erratis, & vanæ, incompoſi-
, infructuoſæ vivendi conſuetudini
entidem oboxii, nec ut illuſtris ille
ædicatorum Patriarcha. Heb. 11. 7.
elicta impii mundi, exempli ſui luce
mnarent.

4. Quod coram homininibus non eſ-
ent *ſine offendiculo*, nec idoneam vitandi

Nicoti Sectores, Aletores. Wolſo-gue.

ſcandali haberent rationem, & contra præceptum & praxin Domini ſui, Rom. 15. ſæpius ſibi placerè mallent ad ruinam quàm aliis ad ædificationem, nec raro voluntatis ſuæ & inconditæ cupiditatis expletionem cum aliorum offendiculo conjunctam honori Euangelii & exoptato laborum ſucceſſui & animarum ſaluti iniquiſſimè anteferrent.

CAP. VI.

Peccata Miniſtrorum reſpectu errantium à via veritatis.

I.

QUod Miniſtris interdum non immeritò imputari poterant origo & incrementa errorum, & ab illis errantium lapſibus & ſeductorum deceptionibus occaſio ſubminiſtrata eſt, nec uno quidem modo.

1. Quorundam inſcitia & rerum divinarum imperitia qui veritati ab hæretico-

C rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

um ſtrophis vindicandæ minus ſuffice-
ent, & (quod pudendum) defectu eru-
itionis ægrius ſanam doctrinam tueren-
ur, quam multi errorum patroni oppug-
arent.

2. Vel quod faſtidioſa acerbaque vi-
endi ratione Greges ſuos à frequenti &
miliari congreſſu (quem inter populum
 Paſtorem incercedere oportuit) arce-
ent, & qui debuiſſent tanta humilitate
 morum ſuavitate convictum ſuum con-
lire quæ ipſos Adverſarios & ſibi & veri-
ati conciliarent, tanta moroſitate aſpe-
arunt conſuetudinem ſuam ut amico-
um etiam animos nonnunquam à ſe alie-
arint.

3. Vel quod nimio ſummi juris ſtudio
e in leviculis populo opponerent, & in
maras contentiones (vel ſuo nec exiguo
iſpendio ex mandato & exemplo Pauli;
 Cor. 6. redimendas) temere ſe induee-
ent, & vel minimos juris ſui apices non
ine graviſſimâ aliorum offenſione & labe
Miniſterii & animarum periculo pervica-
citer proſequerentur.

4. Vel quod ſegniter ſe gererent in re-
formanda (dum tempus tulit) Eccleſia,

nec debitam iiſque inprimis mandatam inter pretioſa & vilia diſcretionem exercerent, nec ſubmoverent juſtam offenſarum materiam, ſed vel præpoſtera indulgentia foverent, vel turpi ſocordia permitterent in Eccleſiis ſuis labes, quas alii in ſchiſmatis anſam aripuerant.

5. Vel quod palantibus animis in ipſis morbi initiis non ſtatim occurrerent, nec ad eorum ſtatum prudenter & humiliter ſe accommodarent, nec indefeſſo ſtudio niterentur eos rectius inſtituere & in viam veritatis revocare, ſed vulneratis animis paterentur callum obduci, & tenellis primitus errorum radicibus robur acquiri donec inveteraſceret morbus, & ipſa remedia non tempeſtivè adhibita, vel obtunderet, vel vinceret, vel etiam in ſui fomitem converteret; & quod eorum curam præproperè adjicerent, nec idonea lenitate protervitatem ferrent, & converſionem manerent; nec precibus, lacrymis, jejuniis (ut æquum erat in perditione animarum cum dedecore & damno Eccleſiæ & probro Chriſti conjuncta) ut ſibi redderentur & veritati, ſtrenuè molirentur, nec ipſi impotes conſulerent fra-

frres & eorum poſcerent auxilia , ut
jnctis viribus oves caulæ ſuæ reduces
ferent.

6. Vel quod docendi oſcitantia, im-
pitia rerum gerendarum vivendique in-
aia ipſi detraherent authoritatem qua
ltantes coercerent , & prædicationem
ſum juſta fide & populum ad quærendos
aos duces (ut ſors ferret) quodammodo
agerent.

Cap. VIII.

Peccata Miniſtrorum adverſus commilitones in Miniſterio.

I.

Manifeſtus inter eos *charitatis fraternæ* defectus quod alii alios verbo tantum & lingua dilexerunt, non opere & veritate , nec aliorum oneribus humeros ſupoſuerunt ſuos , nec quæ humanitus acciderant *paroramata* vel obduxerunt caritatis velo , vel candoris *æquitate* cnſuerunt , nec dolores & gaudia mu- Span-heym Hulſius.

 tua

Van de Velde. de Rijp. Koelman la Badie.

tua participarunt: Quin potius inconditis paſſionibus, atrocibus contentionibus ſæpe & ſine cauſa ſuſceptis & ſine modo agitatis, publicis diſſidiis, nonnunquam & flagrantibus odiis ſuam & Eccleſiæ pacem turbarunt, religionis (ut ita dicam) nuditatem impiis revelarunt; diſſidentibus Chriſtianis exemplo ſuo velut claſſicum cecinerunt, repulerunt animas ad Chriſtum accedentes, & operi Dei curſuique Euangelii perniciociſſimum obicem poſuerunt. Et quod leviſſima *heterodoxiæ* momenta in tantas eruperunt ſimultates ut excellentium Chriſti ſervorum (horreſo referens) & lapſibus & probriis & ipſa morte vel tacite gauderent vel etiam aperte triumpharent.

2. Fraterna correptio (cujus ipſi & maximum uſum norunt & ſummam neceſſitatem populo indentidem inculcarent) vel penitus neglecta vel perperam exercita: Quod alii alios nec diligenter cuſtodirent ne laberentur, nec lapſis adjutrices manus porrigerent, nec errabundos fideli monitione revocarent: Quin etiam qui reprehenſoris munus & ſibi & aliis obiiſſe viſi

ſunt

ſint adeo vel imprudenter, vel negli-
genter, vel raro, vel frigide præſtite-
rint; Deumque potius provocarent vio-
latione mandati, & pretioſas fratrum
animas perderent defectu medicinæ mor-
bi accommodæ, quam vel ipſis offen-
ſionem (licet omnio neceſſariam) vel ſibi
invidiam (licet gloria h. e. officio partem)
conflarent. Et quod illi qui in juſtam re-
prehenſionis cauſam inciderant, nec ipſi
mala ſua dignoſcerent, & medicam fra-
trum manum vel petulanter reſpuerent vel
ægre ferrent, & (quod prædicantes inter
proprias & peſſimas hypocritarum notas
recenſere ſolebant) reprehenſorem grato
ſemper animo colendum torve intueren-
tur; & peccata (quæ humiliter agnoſcere
honeſtius fuiſſet & tutius) ingenio & eru-
ditione in propriam perniciem verſis vel
improbe defenderent, vel vanis eleva-
rent prætextibus, etiam dolore tegerent
& interdum audenter negarent.

Den Schrift-geleerden Lantman apud Swinnam.

3. Quod juniores miniſtri venerabi-
lem fratrum & patrum Miniſterio cani-
tiem deſpicatui haberent, licet in via ju-
ſtitiæ repertam, & amplioribus, donis
inſtructam, eorum pia monita (quæ &
dili-

Coccei umbratici nugiven-duli. vander Wayen.

Doesburg. Groenewegen.

diligenter exquirere debuiſſent & reverenter ſuſpicere) effræni licentia ſpernere, & ſana conſilia juvenili præcipantia & *authadeia* reſpuere ſoliti.

4. Invidentia de aliorum donis illuſtrioribus, auguſtiori fama, uberiori ſucceſſu concepta: Quod humanos fratrum lapſus & ipſi propenſiùs obſervarent & ab aliis obſervatos libentiùs audirent, quàm præſtantiſſima in iis *charismatâ* agnoſcerent: Quod laudes illis lege juſtitiæ & charitatis debitas vel improbè negarent, vel clanculum celarent, vel malitioſè arroderent, vel malignè tribuerent, extortis virtutum præconiis vituperia miſcentes: Quaſi minus apud ipſos valuiſſent & ratio membri, & natura officii, & honor Chriſti, & curſus Euangelii ad proliciendum eorum gaudium de communi & publico beneficio, quàm cæcus amor ſui & perverſum gloriæ deſiderium ad excitandum livorem ſibi non minus moleſtum quàm aliis odioſum.

5. Quod non junctis viribus & mutuis precibus atque conſiliis opus Domini promoverent ſibique invicem auxilio eſſent; quod ſociales fratum conventus pro uſu

neceſſitatibus Eccleſiæ inſtitutos aut ſolenter ſpernerent, aut calumniæ in-diæque metu vitarent, aut ſocorditer gligerent, aut inutilibus colloquis, fri-olis vitiligationibus, acerbis diſſidiis, rverſis conſiliis corrumperent & irritos dderent: Et quod decreta de præſtan-s ſuis officiis & promovendis Eccleſiæ nimarumque commodis licet communi lculo probata, ſibique, & à Deo man-ata & à fratribus non ſine ſuo conſenſu ommiſſa vel tanquam gladium in vagina econderent vel indiligenter executioni nandarent.

Woud-waert.

Cap. VIII. & ultimum.

Arrige aures Pamphile.

I.

QUod cum providentia Dei ſonora ſatis voce hanc plagam interminata eſſet, & eam in fratribus non paucis inchoaſſet, reliqui paternis his præmonitis vix ndem expergefacti eſſent nec accura-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

tum cordium & viarum ſcrutinium inſtituerent, nec debito timore paternæ iræ indicia exciperent, nec omnes peccatorum & pravarum cupiditatum fibras evellerent, nec precibus, jejunijs & ſeria pœnitentia in ſe & aliis excitata indignationis divinæ procellam ingruentem advertere, eumque & ſibi & genti propitiare pro viribus contenderent.

2. Quod tremendam hanc (quia ſpiritualem & publicam) Plagam obtuſiori ſenſu percipiant; Nec eo ſuffundantur rubore, vel afficiantur dolore qui eos inprimis decet, in quorum faciem cœleſtis Pater inſpuit, & quos de ſublimi depulſos tanquam vaſa ad dedecus facta, ab altari & præſentia ſua procul abigit; Nec (quod in profundis doloribus fieri ſolenne eſt) ſolatia reſpuant, & lacrymis (nunc ſi nnquam neceſſariis) indulgeant, nec deliciis præſentis ævi luctuoſo tempore illicitis renuncient; nec ſibi in licitis quem oportet modum ponant, & (quod indecorum) ſub inſolitis vindictæ divinæ & ſignis & effectibus, uſitatis pietatis exercitiis nonnulli libenter acquieſcant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

3. Quod cauſas præſentis caſtigatio- Plancius Does- burg.
s nec ipſi ſecum ſerio penſitant, nec
mmunicatis inter ſe conſiliis & libratis
ionum ponderibus deligenti indagine
rutantur. Quod dum aliorum vitia &
gaciter explorant, & perſpicuè cer-
unt, & acerbè reprehendunt, ſua in-
rim vel diſſimulant, vel defendunt,
ris aquilæ, domi talpæ; nec ea quæ &
imici ipſis improperant, & indicant
atres ibi imputant, nec ſine turpiſſima
ergiverſatione agnoſcunt, tantumque
eſt ut redimant Chriſti honorem ſuâ
famia, ut probra peccatis ſuis debita à
ropriis capitibus arceant in ipſum Euan-
elium & Servatorem caſura.

4. Indecora mollities & impotentia
rendi flagelli. Quod invidiam & infa-
iam ab impiis illatam (quàm vel Ethnici
bona cauſa laudi ducerent) muliebriter
erant, nec cum Moſe probra Chriſti in-
er *cimelia* reponant: Quod nec paternam
ei ferulam debita patientia & gratitudi-
e excipiant, nec inimicorum injurias
prout Chriſtus præſcripſit) benevolen-
ia & precibus compenſent, nec tam eo-
um peccata deflent (quod Euangelio
ig no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

ignominiam comparant & aliis pernitiem) quàm de iis in ſinu gaudent (quod ſibi laudi, ipſis opprobrio tandem & exitio futura augurantur) nec ob tremenda Dei judicia illis interdum divinitùs immiſſa miſeratione tanguntur, ſed ſua cauſa lætantur & triumphos agunt. Quod profundiùs ipſos pungant & graviùs premant paupertas, contemptus, injuria & reliquæ præſentis vitæ moleſtiæ & difficultates quas in ſe incumbere ſentiunt, quàm vel propria delicta vel gentis & ætatis ſcelera in Deum atrociter indies admiſſa, vel calamitoſa Ecelesię facies, vel lamentabilis animarum ſtatus defectu viſionis quotidie pereuntium, nec tam anxii ſuut de arca Dei quàm de ſuis neceſſitatibus ſoliciti. Quod quę aliis prędicarunt rerum adverſarum beneficia & ſolatia ipſi parum ſentiant; quod ęgrius eos afficiat perpeſſionum ſuarum intuitus quàm jucundius perfundat multiplex quę inde percipi poſſet utilitas, conformitas cum Domino demonſtranda, teſtimonium veritati perhibendum, exemplum fidei, obedientię, patientię aliis conſtituendum, cupiditates carnis & mundi crucifigendę,

D. van Breen. Gravius.

&

vita accuratius reformanda. Et quod
pæſentium malorum ſenſus, immenſa
tm anteacti temporis tum adhuc reſidua
mnera & memoriis & cordibus ſuis ex-
cſſerunt.

5. Quod à publica adminiſtratione ex-
cſſi & magna parte inutiles redditi non-
nlli adeo non gemunt ſub miſeria vitæ
iructvoſæ, ut de laborum immunitate
titi ſibi gratulentur, nec fervidis votis
cœlum pulſent, Deique favorem &
oem implorent, ut ora deobſtruat &
pſtinam libertatem illis reddat, nec op-
prtunitates Eccleſiæ ædificandæ & ſer-
vndarum animarum vel ſtudioſe venen-
tr vel ingenioſè excogitent, vel avidè
aipiant, vel fructuoſè tractent, nec
(uod per leges licet) vel junioribus in
v Domini erudiendis ſtrenuè incum-
bnt, vel adultioribus & familiis *domatim*
dcendis invigilent, vel fortuita cum
aiis colloquia ad eorum aut conver-
ſinem, aut profectum *pro virili* diri-
gnt.

6. Defectus Chriſtianæ *ſymphatiæ*,
ega fratres ſub onere duræ paupertatis fa-
tiscentes, quod nec ipſi horum dolores

in ſuis viſceribus ſentiant, nec alios juſto eorum ſenſu afficiant, nec illi Miniſtri quibus ampliorem bonorum hujus mundi copiam Deus indulſit, ſingulari liberalitate aliorum munificentiam pro-provocant; ſed onera quæ aliis imponunt ipſi detrectant, vel non eo gradu ſuſcipiunt quem & fratrum non uno nomine *ſcheſis* & ultimę multorum neceſſitates, & excellens officii dignitas & eximia plurimorum virtus eruditione ornata, & aliorum charitas indies frigeſcens jure poſtulare videntur.

7. Quod cum ſuis aliorum peccata non juſta proſequantur lamentatione; quod prætertia nec unquam ſatis deflenda hominum fidem pietatemque profitentium ſcelera, adverſus omnes & juſtitiæ leges & religionis normas inſolenter patrata, minus quam cauſa exigit vel agnoſcant vel doleant; quod præſentis ævi & diei inauditas impietates, hypocriſin, injuſtitiam, infandas libidines, tremenda perjuria, & reliqua, quæ & fidem & numeram excedunt flagitia, ſine lacrymis & luctu vel autibus vel oculis uſurpent.

8. Quod

8. Quod minori quam oportet cura
cii ſui & cognoſcendi & colendi tan-
gatur, & quæ ad rectores ſuos alioſve
tinent curioſius rimentur quam quæ
ad ſe ſuaque munia ſpectant vel ſcruten-
tur vel præſtent, eorumque peccata di-
ligentius obſervent & ſeverius caſtigent,
quam quæ à ſe ſunt admiſſa, & futuros Doelman.
eventus ſperatamque liberationem (quam
nonnulli ſatis audacter pollicentur præſo-
tius eſſe) lubentius cogitent, quam
quod à ſe exigit Deus, & poſtulat ho-
diernus rerum ſtatus, expendant.

EPILOGUS.

ATque hæc pauca è multis deli-
baſſe ſufficiat, ut excitentur D. Velt-
acutiora aliorum ingenia, vel huyſen.
refricentur memoriæ & con- D. van-
ſcientiæ, ut & ſibi aliqualem veræ humi- der Meulen.
liationis fomitem reperiant, & uberio-
rem promovendæ pœnitentiæ ſegetem
fideliter indigitent, ſcientes & finem
æternę hujus *caſtigationis* à Deo ſpera-
tam, & officium nobis impoſitum eſſe,
ut

ut corda & vias diligentiſſime ſcrutemu
& ad Deum cito revertamur, ut noſme
ipſi judicemus ne à Deo adhuc ſeveriu
judicemur. Si quid à me peccatum ſit ve
in ſuſceptione vel tractatione hujus ope-
ris, à Deo primum deinde à venerandi
patribus & fratribus in Miniſtetio veniam
humiliter peto; errata mea monſtranti &
lubens cedam & gratias quas poſſum
maximas perſolvam: Si quid durius di-
ctum videbitur, nemo mihi jure iraſc
poteſt; neque enim omnibus nec pluri-
mis ſingulas has dicas impingere vel dicta-
vit mihi animus vel permittit veritas. Si-
quæ minutioris notæ peccata traduxi
qualia vel in optimos (*quales nunc homine ſumus*) interdum ſolent obrepere, per
pendant & vetus veriverbum, Clerico-
rum nugas eſſe blaſphemias, & exigua
vulnera cum neglectui ſint non raro mor-
tem attuliſſe, & eam eſſe veræ pœniten-
tiæ naturam ut vel in minimis amplam ſa-
tis doloris materiam inveniat, & Deum
in eorum leviſſimas *aberrationes* (quos vel
officii ſanctitas, vel illuſtrior pietatis
profeſſio ad ſe propius adduxerat) ſolere
in hac vita gravius animadvertere quam

atrociſſima aliorum ſcelera quos formi-
nda patientia ad inexplicabiles alterius
æ furias reſervavit, Siqui ſint qui his
cuſationum ſpiculis innocentiæ ſuæ cly-
um objicere poſſunt, abſit ut iis vel in-
deam gratiam Chriſti, vel juſtum ne-
m teſtimonium. Veruntamen cum
ccatorum omnium accurata cognitio
os habet inſignes & multiplices uſus
iis etiam qui inquinamenta multa
ugerunt, ut vel elapſi temporis pec-
a agnoſcant, vel communem na-
æ pravitatem (ex qua tanquam ex
lice pullulant omnes id genus fructus)
plorent, vel debitas Deo conſervatæ
etatis & probitatis laudes tribuant,
l ut aliorum exemplis edocti, & ſibi
ligentius caveant, & auxilia divinæ
atiæ enixius quærant, vel ut reorum
elicta ſuis proſequantur lacrymis; nemo
t qui mihi vitio vertet ſi acriori ſtilo
onnulla perſtrinxi, nec quiſquam mihi
aſcetur niſi qui prius de ſe vult confiteri.
revi voto concludam omnia. Det Deus
ptimus Maximus nobis omnibus ſpiri-
um ſcientiæ & ſapientiæ, ut peccata quæ
llo jure noſtra dici poſſunt, perſpicue

cernamus, libere fateamur, ſerio deflea-mus, animitus deteſtemur & penitus ex cordibus vitiſque noſtris eliminemus, ut officia hujuſce diei & ſtatus nec turpiter ignoremus, nec præſtita unquam deſeramus. Tum tu gratioſiſſime Deus & fons omnis miſericordiæ, cum probaſti nos ut aurum in fornace, & ſub manu tua humiliaſti, converte captivitatem noſtram, condona nobis priſtinæ libertatis abuſum, præſentiſque contemptum; concede nobis hac una vice ut faciem tuam iterum videamus, tibique in unitate ſpiritus, puritate cordis, integritate vitæ ſerviamus, ut olim, in Sanctuario.

A M E N.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Recapitulatio exhortatoria Ad eoſdem fratres.

ET quoniam nec Deo acceptum erit, nec nobis commodum peccata prius admiſſa plangere, iterumque plangenda admittere, nec ſufficit dolere de præteritis niſi in poſterum caveamus; Demus operam fratres Chariſſimi, ut præteriti temporis neglectus futura diligentia reſarciamus, et multiplices elapſæ ætatis errores in reſiduo vitæ noſtræ ſpatio ad amuſſim corrigamus.

1. Vacationem publici muneris à Deo conceſſam ſtudiis (quoad per juſtam rei familiaris procurationem licet) impendamus, ad præſtantiſſima *chariſmata* ardenter anhelemus quibus vel noſtram ſcientiam promovere, vel erronum audaciam compeſcere fraudeſque detegere, vel Eccleſiæ neceſſitatibus conſulere poſſimus, inprimis tamen illam *excellentiorem viam* obnixiſſimè ſectemur, nec ſolidam

doctrinam à ſincera pietate divelli patiamur. Sint incrementa noſtra in cognitione & gratia Chriſti omnibus conſpicua. Quod reliquum eſt vitæ & temporis quovis pretio redimamus, nec ejus uſuram vel Deo ingratam, vel nobis ingloriam, vel aliis inutilem eſſe ſinamus.

2. Singulis officii noſtri partibus, quoad licet, ſtrenuè incumbamus; comparemus nobis vires & virtutes omnes iis vel neceſſarias vel idoneas; obices & impedimenta procul amoveamus; ſingulari ſtudio & debita præparatione intendamus omnes ingenii animique vires, a nobis noſtriſque commodis avertentes oculos, & in Servatoris gloriam & ſalutem animarum unicè dirigentes, contenti theatro divinę præſentiæ & propriæ conſcientiæ. Quo minus publicis muneris exercitiis licet incumbere & univerſos docere, eo diligentius compellemus ſingulos, & privatarum familiarum ædificationi operam demus peccantes ſigillatim corripiamus, ægrotis *therapeutica*, ſanis *prophylactica* conſilia fideliter propinemus, nec divites nimis ſuſpicientes, nec infimæ ſortis homines faſtidientes, ſed ſalu-

an omnium nullo diſcrimine procuran-
t, & hujus & ſequentis mundi bona
prout exigit aliorum neceſſitas, & noſtra
patitur facultas, liberali manu ſubmini-
ſtrantes. Et quæ ab aliis neglecta à no-
bis peragi nequeunt, lacrymis precibuſ-
que noſtris Deo committamus.

§ 3. Sint oculi noſtri hoc ſenſu infini-
tis terræ, ut converſionem barbararum
gentium vehementer ſitiamus, & pro
virili noſtra promoveamus. Exterarum
Eccleſiarum & dolores & gaudia, noſtra
ſentiant præcordia. Extendamus affectus
& cogitationes noſtras ad omnes locos,
Eccleſias, homines, nec patiamur curam
noſtram intra anguſtos præſentis ſæculi
fines coerceri, ſed commentando, con-
ſulendo, vel alio quovis modo (pro men-
ſurâ donorum a patre luminum commo-
datâ) poſterorum negotium agamus,

4. Sit conſuetudo noſtra cum bonis
ſpontanea, cum malis neceſſaria, cum o-
mnibus prudentia, *accuratione*, utilitate
conſpicua; cum aliis conſueſcamus quia
boni ſunt, cum aliis, ut ſint. Habe-
ant omnes familiæ in noſtris ſpeculum in
quo & errata ſua diſcernant, & officia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

diſcant. Domeſticos noſtros imbuamus Doctrina ſalutari & ſanis conſiliis, fervidiſſimis precibus commendemus divinæ benedictioni, authoritate noſtra coerceamus intra fines à Deo poſitos, nec cuiquam pravo exemplo aut calumniandi anſam, aut peccandi materiam ſuppeditemus. Ita vivamus intra privatos parietes tanquam omnes homines audiant: Sic luceat lux noſtra inter vicinos ut in noſtra praxi intueantur regulam vitæ, ut in nobis habeant reliqui mariti, parentes, magiſtri quo & ſibi peccata ſua exprobrent, & veluti menſuram ſuorum officiorum accipiant, nec iiſdem, quibus vulgus Chriſtianorum, cancellis noſtra pietatis exercitia concludi patiamur.

5. Doctrinam quam olim ſermone, nunc vita prædicemus & opere ornemus; quem aliis paravimus animæ cibum convertamus ipſi in ſuccum & ſanguinem; normam quam aliis præcepimus noſtris actionibus conſtanter applicantes, nec ea in nobis probantes, quæ in aliis reprehendimus; nec permittamus vivendi rationem infra dignitatem muneris ſub-

ſidere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

ſtere, nec quicquam agamus quod vel
obis poſſit contemptum parere, vel Eu-
ngelio convitium facere vel Miniſterio
ividiam conflare, & Angelos non ma-
is ſublimitate muneris quam ſactitate
itæ repræſentare ſatagamus.
6. Sit quotidie ob oculos animoſque
oſtros, nos à Chriſto in defenſionem
eritatis & errorum ſubverſionem eſſe
onſtitutos, & boni non minus paſtoris
ſſe palantes oves revocare quam ſtantes
aſcere. Sint mentes noſtræ ſolida & ſa-
itari cognitione penitiſſimè imbutæ,
uâ vel ſanam doctrinam propugnare,
credentium fidem confirmatam dare,
el omnes perniciosarum opinionum fi-
ras evellere, & *obloquentium* tum ora
bſtruere, tum conſcientias convincere
oſſimus. Sint corda noſtra & amore
eritatis, & miſeratione animarum in
rroris devia traductarum, & odio omnis
ravæ loliginis corruptorum dogmatum
agrantia: Sit vita noſtra ea accuratione
ompoſita, ſuavitate condita, humilitate
rnata, ut & veritati authoritatem conci-
are poſſit, & contradicentibus pudorem
ncutere. Quod publice non datur, priva-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

tim agamus, nec cum ſublatis beneficiis pereat officii ſenſus & animarum cura; & cum greges integros non licet, at ſaltem exemplo Domini vel ſingulas ejus oves hinc inde vagantes requiramus, eorum inſcitiam, ſtuporem, proterviam leniter feramus, & perſpicue docendo, *ſine perſonarum acceptione* monendo, affabiliter compellando, obnixè hortando, indefeſſè laborando, eorum *perfectionem* ſtrenue moliamur.

7. Dicamus tandem Miniſtri mutuas *ſynpresbyteris* & præſtare operas, & ab iis accipere, & quod in multis non poterat officii operiſque ſocietas, amorem ſaltem conciliet periculorum atque perpeſſionum communio. Amandetur ſpiritus contentionis, invidiæ, odii ad infernas ſuas origines, nullam per nos habiturus reſurrectionem, & ex puro corde fervido affectu diligamus alii alios, & nobis invicem ſerviamus. Neceſſarium illud correptionis officium & fratribus ſumma fide præſtemus, & ab iis prꝗſtitum grato animo colamus, & in intimos cordis receſſus lubenter admittamus, beatos illos aculeos non petulanter evellentes, ſed fortius ingeren-

grentes. Honorem ætati doniſque fra-
um debitum liberali manu lætoque ani-
o tribuamus, nec ullam vel anſam de-
us quo vel ſuperiores invidentiam nobis
eprobrare, vel inferiores contemptum
ſtra culpa imputare poſſint: Quod bo-
um eſt in ſingulis alacriter agnoſcamus;
uod malum candidè tegamus & modeſtè
dicemus: Alii aliorum & onera porte-
us, & commoda quæramus; preces,
nſilia, conatus (quoad licet) invicem
mmunicemus, ut afflictiones nobis im-
iſſas æquius ferre, officia hujuſce diei &
tus tum clarius deſpicere, tum diligen-
us peragere poſſimus.

Fratrum publicè prædicandi libertate
gudentium manus in veritate & pietate
opugnanda ſuffulciamus, ſaluti anima-
um quoad poſſumus proſpicientes, &
os ipſos ab omne & affectuum intem-
rie & actionum *anomia* purgantes, &
viis Domini inoffenſo pede ambulantes.

8. Aſſueſcamus peccata tum noſtra
um aliorum & præterita deplorare, &
æſentia pro viribus expurgare, & utra-
ue accuratè ſcrutari, liberaliter fateri,
placabili odio proſequi Arrigamus au-

res cordium ut flagelli divini & vocem audiamus & mentem intelligamus: In ſeveritate hominum agnoſcentes juſtitiam Dei, nec ſine noſtro merito nobis hæc accidiſſe ſomniantes. Examinemus omnes animorum latebras & viarum anfractus, & noſmet coram tribunali divino ſiſtamus reos & ſecundum Deum judicemus: Procul à nobis abſint non ſolum crimina, ſed omnis criminum ſuſpicio, & vel prima facies vitiorum. Horreat animus vel noſtra mala defendere, vel aliorum diſſimulare, ſed mutuis monitis & fidis conſiliis nos inivicem ad ſeriam profundamque pœnitentiam provocemus. Triſtiſſimos paternæ iræ effectus idoneo ſenſu & digno dolore accipiamus, lyras noſtras religantes ad ſalices, Eccleſiæ & animarum miſerias largis lacrymarum imbribus deflentes: Noſtras autem injurias & calamitates fortiter ferentes, nec fiduciam in Deo ejuſque promiſſis turpiter abjicientes, committamus cauſam noſtram juſto mundi & Eccleſiæ judici. Debitas ſupremo Numini grates ſolvamus, à quo hanc non è multis miſericordiam nacti ſumus ut fideles

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

ſemus, ut ipſi fidem, veritati teſtimo-
um, conſcientiæ obſequium in mediis
arum, contumeliarum & multiplicium
ijuriarum atque ærumnarum procellis
benter exiberemus. Inimicos noſtros
cundum præſtantiſſima Servatoris præ-
epta tractemus, ultionem nec meditan-
s, nec optantes, nec de eorum peccatis
etemur, nec judicia Dei iis vel illata,
el prędicta ſine Chriſtiana *ſymphatia* acci-
amus. Illis quem licet candorem, no-
ls cenſuram impertriamus. Noſtra ma-
s inquiramus quæ Deus patefecit offi-
a, quàm divina quę in occulto poſuit
onſilia inveſtigemus; à nobis potius ſa-
tarem perpeſſionum uſum exigentes,
uam à Deo miſeriarum finem vel ſine
uſa præ foribus eſſe ſperantes vel ſine
odo flagitantes. Quæ lege conceditur
ſcendarum animarum libertatem ſedulo
ſurpemus; quę negatur à Deo ardenter
indeſinenter petamus, & pleniorem
ocendi facultatem (tanquam cervus
quarum rivos) impatienter ſitiamus.
ratrnm noſtrorum (quibus res anguſtiſ-
ma domi) & indigentiæ ſubvenire cone-
ur ſimul & modeſtiæ conſulere. Eorum
angu-

anguſtias noſtra ſentiant viſcera, noſtroque exemplo non minus quàm prece aut conſilio aliorum munificentia eliciatur. Principi reverentiam, dilectionem, obedientiam quam debemus fideliter præſtemus, eique vitam longam, perennaturam gloriam, pietatem eminentiſſimam, conſilia optima, fæliceſque exitus habitura. Populum *in Domino* morigerum, cum publice non datur, privatis, ſed contentiſſimis precibns inceſſanter voveamus. Ut tandem colophonem imponam, Quęcunque vera ſunt, quæcunque veneranda, quæcunque juſta, pura, quæcunque vel amorem conciliant, vel laudem extorquent, quæcunque vel virtute vel honore digna ſunt ea conſtanter cogitemus vehementer ambiamus, ſedulò proſequamur. Et cum greges noſtri auribus ſuis vivendi documenta à nobis haurire nequeunt, habeant oboculos inculpatum exemplar conſuetudinis noſtræ. Cum non licet nobis eſſe *filiis tonitru* prædicandi potentiâ, ſimus ſaltem *filii lucis*, vivendi puritate, & præluceamus omnibus ſalutari jubare omnigenæ virtutis Angeli-

gelicæque pietatis, in Eccleſiæ corpore, ut totum ſalvum ſit, quicquid ſit peſtiferum anputetur. Quod faxit Deus in Chriſto per Spiritum. AMEN.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Vana eſt religio quę ſceleribus locum facit. Principes multam nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam non adhibent medicinam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Fragmentum Satyræ Matthiacæ
Per
J. la Fer.

WAs Broer * *Thilenus*, die wel eer:
Langs 't molewater dee een keer.
En Ockers Vrouwtje dorſt aen randen:
En Borsjes taſte met ſijn handen.
Die yder oordeelt onbevleckt,
Maer Broeders 't is'er mee gegeckt.
Een Man die gaerne gaet uyt nayen,
En laet hem met geen Borsjes payen,
Maer uyt te ſpringen als een ſtier,
Om aen het oude Formelier,
Met *Coelman* ſich niet te verbinden,
So weet hy ſtaegs wat nieuws te vinden.

Sic tranſit gloria mundi.

* Predikant tot Middelburgh.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [5]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]